Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Aduersus hos constantinus constantem filium ex mona-
cho cesarem factum cum quibusdam federatis barbaris
in hispaniam misit. Constans barbarorum fultus
peremit. auxilio eos primo prelio uicit. Quibus barbaris
dum claustra pirinei montis commissa fuissent.
ab eis tota illa que per gallias bachabatur fero-
citas gentium hispaniarum prouinciis intromissa
est. Itaque post multas strages et rapinas incendia.
tandem diuisis sedibus barbari ad aratra euer-
si. romanorum residuos ceperunt ut socios ami-
ca. lxxiii cosque fouere. Incipit lib. xiii.

IGITUR IMPERATOR HONORIUS DUM VIRES REI
publice cottidianis cerneret labefactari incom-
modis. uirum strenuum et bellicosum constantium
comitem ad galliam cum exercitu mittit. Is mox ut
galliam ingressus est. etiam constantinum tyrannum
apud arelatem extinxit. constans uero filius eius ageron-
tio suo comite uienne peremptus est. In cuius locum
geronti maximum quendam substituens. ipse a
suis militibus iugulatus est. maximus deinde purpu-
ra exutus. in hispania exulans. egens obiit. Exin-
de iouinus apud gallias mox ut surrexit cecidit.